

(1.) Venerunt dies ut cantemus **ALLELUIA**. Adestote animo, fratres, ad percipienda quae dominus suggerit ad exhortationem nostram et nutriendam caritatem, qua nobis inhaerere deo bonum est. Adestote animo, cantatores boni, filii laudis et gloriae sempiternae veri et incorrupti dei. Adestote intenti, qui nostis cantare et psallere *in cordibus vestris domino, gratias semper agentes in omnibus*; et laudate deum: hoc est enim ALLELUIA. Et hi quidem dies veniunt transitori, transeuntque venturi, et significant diem qui non venit et transit, quia nec hesterno praeitur ut veniat, nec crastino urgetur ut transeat. Ad quem sane nos cum venerimus, inhaerentes ei nec nos transibimus; et sicut quodam loco canitur deo: *Beati qui habitant in domo tua: in saecula saeculorum laudabunt te*, hoc erit otiosorum negotium, hoc opus vacantium, haec actio quietorum, haec cura securorum. Sicut enim dies isti praeteritis diebus quadragesimae, quibus ante resurrectionem dominici corporis vitae huius significatur maeror, sollemniter grata hilaritate succedunt, sic dies ille qui post resurrectionem dabitur plenario corpori domini, hoc est sanctae ecclesiae, cunctis vitae huius aerumnis atque doloribus perpetua beatitate succedet.

Haec autem vita de nobis exigit continentiam, ut etiam cum labore atque luctamine ingemiscentes gravati, et habitaculum nostrum quod de caelo est superindui cupientes, a saecularibus delectationibus temperemus, et significatur quadragenario numero, quo et Moyses et Elias et ipse dominus ieiunarunt. Praecipitur enim nobis et ex lege et ex prophetis et ex ipso evangelio, quod testimonium habet a lege et prophetis, unde etiam in monte inter utramque personam medius salvator effulsit, ut ab omnibus mundi illecebris, quibus captivi homines obliviscuntur deum, aviditatem nostram tamquam ieiunio temperantiae refrenemus, quamdiu perfectio decalogi legis, tamquam psalterium decem chordarum, per quattuor eiusdem mundi partes, id est toto orbe, praedicatur, ut decem quater ducta quadragenarium numerum signent. Quinquagenario vero numero post resurrectionem domini, quo canta-

$\pi(\alpha(V_2\alpha_2(Mc_2FF_2))\delta(AGH_1))\chi(KS)\varepsilon(NGtAn_3)\zeta(P_6T)CYP_{23}So_1Xw$ || **CX,1,1-6** venerunt ... alleluia Ps.Aug. sermo Denis 10 (PL 46,843) || **14** [resurrec]tionem inc. D

CX,1,3 nobis...est] cf. Ps. 72,28 5 Eph. 5,19sq. **9sq.** Ps. 83,5 **17sq.** ingemiscentes...cupientes] cf. 2 Cor. 5,2-4 **19** Moyses...ieiunarunt] cf. Ex. 34,28; 3 Reg. 19,8; Mt. 4,2; Lc. 4,2 **21** in...effulsit] cf. Mt. 17,2

CX,1,1 adestote Ps.Aug.; adest δ ; adeste Cma || **1sq.** percipiendam χ || **2** quae om. KP_{23} | dominus] deum AH_1 || **3** quia KYP_{23} | adestote Ps.Aug.; adeste V_2Cma ; adest AH_1 | animo om. δ || **4** adestote Ps.Aug.; adeste V_2Cma || **6sq.** transeuntque venturi] qui venturi transeunt χP_{23} || **7** et²] nec GX ; et non $\chi\zeta P_{23}$ || **8** arguetur $\pi(exc.Mc_2)\chi NGt$ | cum nos $tr.$ δ || **9** transivimus χC || **9sq.** inhabitant εY || **12** iste ε | domini δCX ; domini cui χ || **13** ille] illi χ || **14** corporis χ | sanctae] et $praem.$ χ **15** aerumnis] laboribus α_2 | doloribus] exclusis $add.$ $\delta\chi CP_{23}ma$ | beatitudine $\pi\zeta YP_{23}$ | succedit $V_2\delta$ **18** delegationibus AH_1 || **20** vobis AH_1 || **21** inter] et $praem.$ εD || **25** partes $ir.$ H_1 ; sortes A ; fortes $G(ac.)$ || **26** numero vero $tr.$ FY

mus ALLELUIA, non cuiusdam temporis finis et transitus, sed beata illa significatur aeternitas quia denarius additus quadragenario laborantibus in hac vita fidelibus merces illa persolvitur, quam et primis et novissimis paterfamilias praeparavit aequalem.

30

Audiamus itaque plenum divina laude pectus populi dei. Ecce personat in hoc psalmo quendam exsultantem felici exsultatione, praefigurat et scaturientem corde mi 1464 in amore dei populum, scilicet corpus Christi, ab omni malo liberatum.

(2.) CONFITEBOR TIBI inquit, **DOMINE, IN TOTO CORDE MEO.** Non semper v. 1 confessio peccatorum est, sed et laus dei devotione confessionis exprimitur. Illa cc 1622 luget, haec gaudet; illa medico vulnus ostendit, haec de sanitate gratias agit. Haec confessio quendam significat non solum ab omni malo liberatum, sed etiam a malignis omnibus separatum. Et ideo videamus ubi confiteatur domino **IN TOTO** 5 **CORDE. IN CONSILIO** inquit **RECTORUM ET CONGREGATIONE:** credo qui sedebunt super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Nullus enim iam inter eos iniquus, nullus Iudae furta tolerantur, nullus Simon magus baptizatur spiritum volens emere, dum cogitat vendere, nullus Alexander aerarius multa mala ostendit, nullus pelle ovina tectus falsa fraternitate subrepat; inter quales nunc necesse est 10 ecclesia gemat, et quales tunc oportet, cum omnes iusti congregabuntur, excludat. Haec sunt **MAGNA OPERA DOMINI, EXQUISITA IN OMNES VOLUNTATES EIUS,** per v. 2 quas nullum confitentem deserat misericordia, nullius sit iniquitas impunita, quando *flagellat etiam omnem filium quem recipit.* Sed *si iustus vix salvatur, peccator et impius ubi parebunt?* Eligat sibi homo quodlibet: non sic constituta sunt opera 15 domini, ut creatura in arbitrio libero constituta creatoris superet voluntatem, etiamsi contra eius faciat voluntatem. Non vult deus ut pecces – nam prohibet –, tamen si peccaveris, ne putes hominem fecisse quod voluit, et deo accidisse quod noluit. Sicut enim vult ut homo non peccet, ita vult peccanti parcere, ut revertatur et vivat, ita vult postremo in peccato perseverantem punire, ut iustitiae potentiam contumax 20

$\pi(\alpha(V_2\alpha_2(Mc_2FF_2))\delta(AGH_1))\chi(KS)\varepsilon(NGtAn_3)\zeta(P_6T)CYP_{23}DSo_1Xw$ || **2,19** sicut inc. *Prosp in psalm. 110,2 (CCSL 68A, p. 63), unde excerpit Eugipp. exc. Aug. (CSEL 9, p. 517)*

28–30 denarius...aequalem] cf. Mt. 20,1–10 **29sq.** primis...aequalem] cf. Mt. 20,8–14 **2,6sq.** sedebunt...Israel] cf. Mt. 19,28 **8** Iudae furta] cf. Io. 12,6 **8sq.** Simon...vendere] cf. Act. 8,13.18sq. **9** Alexander...ostendit] cf. 2 Tim. 4,14 **10** ovina...subrepat] cf. Mt. 7,15 **14** Hebr. 12,6 **14sq.** 1 Petr. 4,18 **19** ut²...vivat] cf. Ez. 33,11

31 plenum] psalmum α_2 | pectus] reficientem *add. F*; reficientem *praem. Mc₂F₂* | personat $\varepsilon\zeta YSo_1ma$; persona *cett.*

2,2 exprimitur *NCma*; exprimitur *cett.* || **4** quendam χGt | liberatur χ || **6** rectorum (*ita et Psalt. Ver. Prosp*) *iustorum $\alpha_2\varepsilon\zeta$ | quia $\varepsilon\zeta X$ || **8** furta] fortia χ | spiritum] sanctum *praem. H₁P₆* **9** emere dum] emendum $\delta(ir. A)$ || **10** ovina pelle *tr. Xma* | fraternitate falsa *tr. δ* | surripit *AH₁* quales] qualitate *AH₁* || **11** excluditur *A*; excludatur *H₁* || **13** deserit $\chi\varepsilon\zeta YP_{23}X$ | est $\chi\varepsilon\zeta YP_{23}DX$ **14** salvabitur *H₁(pc.)So₁*; salvus erit χP_{23} || **18** deo] ideo *So₁X* || **20** ita] etiam *add. Prosp Eug Flor peccatis Prosp Eug*

non evadat. Ita quidquid elegeris, omnipotenti non deerit unde suam de te compleat voluntatem. MAGNA ENIM OPERA DOMINI, EXQUISITA IN OMNES VOLUNTATES EIUS.

v. 3 **(3.) CONFESSIO ET MAGNIFICENTIA OPUS EIUS.** Quid magnificentius quam iustificare impium? Sed opus fortasse hominis praevenit istam magnificentiam dei, ut cum fuerit peccata confessus, iustificari mereatur? Descendit enim de templo iustificatus publicanus magis quam Phariseus, quia *neque oculos ad caelum* 5 *audebat levare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Domine, propitius esto mihi peccatori.* Haec est magnificentia domini, iustificatio peccatoris, *quoniam qui se humiliat, exaltabitur, et qui se exaltat, humiliabitur.* Haec est magnificentia domini, quoniam cui plurimum dimittitur, plurimum diligit. Haec magnificentia domini, quoniam *ubi abundavit peccatum, et superabundavit gratia.* Sed fortasse ex 10 operibus? *Non inquit ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in operibus bonis.* Iustitiam enim homo non operatur nisi iustificatus: *credens autem in eum qui iustificat impium.* A fide incipit, ut bona opera non praecedentia quod meruit, sed consequentia quod accepit ostendat. Unde ergo illa 15 confessio? Nondum quidem est opus iustitiae, sed delicti improbatio; sed quomodo se habeat, nec in ipsa de te homo gloriaris, *ut qui gloriatur, in domino gloriatur. Quid enim habes quod non accepisti?* Non ergo sola magnificentia qua iustificatur impius, sed et CONFESSIO ET MAGNIFICENTIA OPUS EIUS. *Quid ergo dicimus? Quia cui vult miseretur, et quem vult obdurat, numquid iniquitas apud deum? Absit. IUSTITIA enim EIUS MANET IN SAECULUM SAECULI. Tu autem, homo de hoc saeculo, quis es qui* 20 *respondeas deo?*

v. 4 **(4.) MEMORIAM FECIT MIRABILIMUM SUORUM,** hunc humilians, et hunc exaltans. MEMORIAM FECIT MIRABILIMUM SUORUM, reserans opportune inusitata

$\pi(\alpha(V_2\alpha_2(Mc_2FF_2))\delta(AGH))\chi(KS)\varepsilon(NGtAn_3)\zeta(P_6T)CYP_{23}DSO_1XwProsp \parallel 22$ voluntatem des. Prosp | magna inc. Flor | eius des. Flor || 3,1 quid inc. Flor || 6 peccatori des. Flor || 9 sed inc. Flor || 17 eius des. Flor

3,3sq. descendit...Phariseus] cf. Lc. 18,14 4-6 Lc. 18,13 6sq. Lc. 18,14 8 cui...diligit] cf. Lc. 7,47 9 Rom. 5,20 10sq. Eph. 2,9-10 12 Rom. 4,5 15 ut...glorietur] 1 Cor. 1,31 15sq. quid...accepisti] 1 Cor. 4,7 17 quid...dicimus] Rom. 9,14 17sq. cui...obdurat] Rom. 9,18 18 numquid...absit] Rom. 9,14 19sq. Rom. 9,20 4,1sq. hunc¹...exaltans] cf. Ps. 74,8

21 evadis Prosp Eug | ita] ac sic Prosp Eug | elegeris] delegeris Eug | omnipotenti om. Prosp Eug deerit] deo add. Prosp Eug || 22 enim] sunt add. δ

3,1 confessio ... eius om. $\pi\chi YP_{23}$ || 2 praevenitis tam V_2H_1 ; praevenientis tam AG || 3 iustificari mereatur] iustificaretur χ ; iustificetur P_{23} || 4 Phariseus] *ille praem. $\alpha\varepsilon\zeta YD Flor$ || 5 levare audebat tr. δGt | domine] deus P_6Xma || 6 peccatoris iustificatio tr. δ || 7sq. haec ... quoniam] et α_2 8 haec] est add. δD || 9 ubi om. $V_2\delta An_3 YP_{23}$ | abundavit] abundabit δ || 10 forte] fortasse α_2 10sq. figmentum sumus tr. δ || 11 creati] in Christo add. $\varepsilon TYDma$ | iustitia χ || 13 ostendat GH₁; ostendit FF₂A; ostendant cett. ma || 14 opus est tr. ma | quoquo modo G(pc.)X(pc.)ma; quomodo cett. || 15 homo de te tr. χP_{23} || 17 dicemus $\varepsilon\zeta P_{23}$ || 18 enim om. Gt YP₂₃ || 19 eius om. $V_2\delta$ 4,2 memoriam ... suorum om. α_2 | reserans coniecimus; reservans codd. edd. | inusitate K ε

prodigia, quae infirmitas hominis novitati intenta meminerit, cum sint eius miracula quotidiana maiora. Tot per universam terram arbores creat, et nemo miratur: arefecit verbo unam, et stupefacta sunt corda mortalium; sed MEMORIAM FECIT MIRABILIMUM SUORUM. Hoc enim miraculum maxime attentis cordibus inhaerebit quod assiduitas non vilefecerit.

(5.) Quid autem profuerunt miracula, nisi ut timeretur? Quid porro prodesset timor, nisi **MISERICORS ET MISERATOR DOMINUS ESCAM** daret **TIMENTIBUS SE?** Escam quae non corrumpitur, panem qui de caelo descendit, quem nullis meritis dedit. Etenim *Christus pro impiis mortuus est*. Nemo ergo talem escam daret, nisi MISERICORS ET MISERATOR DOMINUS. Quod si tantum dedit huic vitae, si verbum carnem factum peccator iustificandus accepit, quid in futuro saeculo glorificatus accipiet? **MEMOR** enim **ERIT IN SAECULUM TESTAMENTI SUI**. Nec totum dedit qui pignus dedit.

(6.) **FORTITUDINEM OPERUM SUORUM ANNUNTIABIT POPULO SUO**. Non contristentur Israelitae sancti, qui dimiserunt omnia sua et secuti sunt eum, non contristentur dicentes: *Quisnam poterit salvus fieri? quia facilius intrat camelus per foramen acus quam dives in regnum caelorum*. Annuntiavit enim eis fortitudinem operum suorum, quoniam *quae hominibus difficilia sunt, facilia sunt deo*.

UT DET ILLIS HEREDITATEM GENTIUM. Itum est enim et ad gentes, et praeceptum *divitibus huius saeculi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in deo vivo*, cui facile est quod hominibus difficile est. Sic enim multi vocati sunt, sic occupata est hereditas gentium, sic factum est ut etiam plurimi qui non dimiserunt omnia sua in hac vita ut sequerentur eum, vitam etiam ipsam pro nominis eius confessione contemnerent et tamquam cameli humiliantes se ad portanda onera pressurarum intrarent etiam, sicut *per foramen acus*, per compungentes passionis angustias. Ipse fecit haec cui omnia possibile sunt.

(7.) **OPERA MANUUM EIUS VERITAS ET IUDICIUM**. Teneatur veritas ab iis qui iudicantur hic. Iudicantur hic martyres, et ad iudicium perducuntur, quo non solum eos a quibus iudicati sunt, sed etiam angelos diiudicent, adversus quos eis erat colluctatio, etiam cum ab hominibus iudicari viderentur.

$\pi(\alpha(V_2\alpha_2(Mc_2FF_2))\delta(AGH_1))\chi(KS)\varepsilon(NGtAn_3)\zeta(P_6T)CYP_{23}DSO_1Xw$ || 7,3 quibus *des. C*

4sq. arefecit...mortalium] cf. Mt. 21,19sq. 5,3 escam...corrumpitur] cf. Io. 6,27 | panem...descendit] cf. Io. 6,51 4 Rom. 5,6 5sq. verbum...factum] cf. Io. 1,14 6,2 qui...eum] cf. Mt. 19,27 3 quisnam...fieri] Mt. 19,25 3sq. facilius...caelorum] Mt. 19,24 5 Mt. 19,26 6 itum...gentes] cf. Act. 13,46 7sq. 1 Tim. 6,17 10 dimiserunt...eum] cf. Mc. 10,28 12 Mt. 19,24 7,3 angelos diiudicent] cf. 1 Cor. 6,3 3sq. adversus...colluctatio] cf. Eph. 6,12

3 quae] non *add. ε CSo₁X* | novitati *Xma*; novitate *cett.*

5,1 quod δ || 2 miserator] miseratur χ || 5 tantam εTX (*pc.*) || 6 quid] quod δ || 7 enim *om. KP₂₃* 6,1 fortitudinem] virtutem εP_6Y || 4 enim *om. FX* || 5 deo facilia sunt *tr. Xma* || 6 itum] dictum YP_{23} || 7 in *om. δ* || 8 quod ... est² *om. ε TY* | difficile *om. δ* 7,2 et *om. Fδ* | perducentur ζ | qui εYD || 3 diiudicent $\varepsilon \zeta YFlorma$; iudicent *cett.*